



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Frobenius Lectori S. Iacobvs Faber Stapulensis in  
secu[n]da suarum in Paulum adnotationu[m] æditione,  
Erasmvm nostru[m] erroris notauit ... At hic ... hanc  
Apologia[m] effudit ...**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 2006**

Argvmentvm Apologiae Seqventis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34456**

ARGVMENTVM APOLOGIAE  
SEQVENTIS.



N VERSV Psalmi octauí, Minuisti  
eū paulominus ab angelis, quē Pau-  
lus in epistola ad Hebræos cap. secun-  
do, CHRISTO accōmodat, Erasmus  
annotarat ex Hieronymi sententia  
apud Hebræos esse, non ab angelis,  
sed à Deo. Cæterū septuaginta uertisse ab angelis: sed  
in utraq; lectione obstare scrupū, quod nec à Deo pau-  
lulū uideatur imminutus, qui mortale corpus assum-  
perit: nec ab angelis, cum plurimū intersit inter morta-  
le, & immortale: itmo infra infimos homines fuisse dīmi-  
nutū, incolumi semper CHRISTI dignitate: qui plus  
malorum passus sit, quam quisq; hominū. Eum autem  
scrupum tolli, si paulominus quod Græcis est θραχίτι,  
ad temporis modum referatur, quo CHRISTVS uersa-  
tus est in terris, usq; ad resurrectionem, quemadmodū  
interpretantur omnes græci Theologi. Faber cōtendit  
non posse legi nisi à deo, Cæterum falsum & impium  
esse sermonem, & CHRISTO, Deoq; indignissimū, si  
quis dicat Deum ab angelis dīminutū, aut infra homi-  
nes: quod tamen hactenus latina pariter, ac græca le-  
git ecclesia, & uniuersi utriusq; linguae doctores sequū-  
tur, nisi quod unus Hieronymus annotauit, à Deo legi  
Hebræis, licet non improbans alteram lectionem.

Erasmus